18. *Zelatus est Dominus terram suam.* Zelo commotus et indignatio est quod tam dure ab hostibus tractaretur; est enim zelus indignatio quædam ex amore orta, quod rem quam amabamus contemni, aut molestia, sive malo aliquo affici videamus. * Si quæ dixi feceritis, jam non ultra inultum patietur Dominus injuriam populo suo faciam. — *Pepercit populo suo.* Parcet, cum scilicet Cyrum flectet, ut eos e Babylone in Judæam liberos dimittat.

19. *Respondit Dominus.* Per me Joëlem hoc loco. — *Mittam vobis frumentum.* Quod abstuli per erucam, locustam, bruchum, et rubiginem, c. 1, n. 4. Hoc factum est postquam reversi sunt e captivitate Babylonica; tunc enim, populus fertilitate locupletatus est, et bonis auctus. — *Non dabo vos ultra.* Nisi me vehementius ad iracundiam provocaveritis, ut cum filium meum occideritis. Vel vox *ultra* non accipitur pro in perpetuum, sed pro diuturno tempore, ut etiam III. Reg., 10, 10; et IV. Reg., 6, 23, et alibi.

20. *Et eum, qui ab aquilone.* Intelligit Holopherne qui missu Nabuchodonosoris regnantis in Ninive Judæos reversos Babylone aggressus est, sed a Judith capite truncatus. — *Expellam eum in terram inviam.* Cæso enim Holopherne milites Assyrii fugerunt in invia, dispersique sunt versus mare occidentale et orientale. Qui vero Assyriam repetebant, per desertum transibant : propterea Osee, 13, 7, dicitur : *Ero eis quasi leona, sicut pardus in via Assyriorum.* — *Faciem ejus.* Copiarum Holopherne ea erit multitudo, ut cum primum agmen (quod hic *faciem* appellat) attingat mare Mortuum; novissimum vero porrigatur usque ad mare Mediterraneum, hanc tamen multitudinem cædam, perdam, ad dissipabo, ut populum meum salvem. — * *Mare novissimum.* Mare Mediterraneum, quod Judæis est extremum occidentem versus. — *Fator.* Cadaverum. — *Quia superbe egit.* Quod dignum erit supplicium arrogantis animi, et existimantis neminem sibi posse resistere.

21. *Noli timere, terra.* Judææ scilicet. — *Magnificavit Dominus ut faceret.* Magnifico Deus tecum fecit, id est, faciet; magna damna quæ passa es majori bonorum meliorum copia compensabit.

22. *Nolite timere, animalia regionis.* Præ fame et defectu pasuorum squalentia et tabescentia, ut dixit c. 1, n. ultimo. — *Germinaverunt speciosa deserti.* Iterum deserta loca germinabunt, et læta gregibus et armentis pasua exhibebunt. — *Dederunt virtutem suam.* Fructum vigoris sui, ut ait Chald.; hoc est, sapidas et succulentas uvas et ficus.

bunt sacerdotes ministri Domini et dicent : Parce, Domine, parce populo tuo; et ne des hereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes : quare dicunt in populis : Ubi est Deus eorum ?

18. Zelatus est Dominus terram suam, et pepercit populo suo;

19. Et respondit Dominus, et dixit populo suo : Ecce ego mittam vobis frumentum, et vinum, et oleum, et replebimini eis; et non dabo vos ultra opprobrium in gentibus.

20. Et eum qui ab Aquilone est, procul faciam a vobis, et expellam eum in terram inviam et desertam; faciem ejus contra mare Orientale, et extremum ejus ad mare novissimum; et ascendet fœtor ejus, et ascendet putredo ejus, quia superbe egit.

21. Noli timere terra, exulta et lætare; quoniam magnificavit Dominus ut faceret.

22. Nolite timere, animalia regionis; quia germinaverunt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum, ficus et vinea dederunt virtutem suam.

23. Et filii Sion, exultate, et lætamini in Domino Deo vestro; quia dedit vobis doctorem justitiæ, et descendere faciet ad vos imbrem matutinum et serotinum, sicut in principio.

24. Et implebuntur aræ frumento, et redundabunt torcularia vino et oleo.

25. Et reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, et rubigo, et eruca, fortitudo mea magna quam misi in vos.

26. Et comedetis vescentes, et saturabimini; et laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit mirabilia vobiscum; et non confundetur populus meus in sempiternum.

27. Et sciatis quia in medio Israel ego sum; et ego Dominus Deus vester, et non est amplius; et non confundetur populus meus in æternum.

28. Et erit post hæc : a Effundam spiritum meum super omnem carnem; et prophetabunt filii vestri, et filia vestra; senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visiones videbunt. [a Isai. 44. 3. Actor. 2. 17.]

23. *Doctorem justitiæ.* Littéralement, ceci pourrait se rapporter à Ezéchias qui fut un saint roi et qui rétablit le culte et l'observation de la loi. Mais c'est Jésus-Christ qui est le véritable et seul docteur de la justice. Il ne l'enseigne pas seulement par la parole et l'Écriture, comme Moïse, mais il la donne par l'onction intérieure de son Esprit, qui répand dans les cœurs la charité, c'est-à-dire la vraie justice, celle qui les met dans une heureuse abondance de biens spirituels.

27. *Et non confundetur populus meus.* Jésus-Christ a promis d'être au milieu de son Eglise jusqu'à la fin des siècles. Ceux qui s'attachent à l'Eglise par une foi ferme et inébranlable, ne peuvent tomber dans la confusion d'idées et de doctrines qui a toujours existé en dehors d'elle. Leur foi assure leur salut, suivant l'expression de saint Paul : Ceux qui croient en Jésus-Christ ne seront point confondus (Rom., X, 2; et Is., XXVIII, 16).

28. *Et erit post hæc.* Après que le Messie aura accompli son œuvre sur la terre, et qu'il sera remonté au ciel. Ces cinq derniers versets forment l'objet d'un chapitre spécial dans l'Écriture, et étaient considérés, par conséquent, aux yeux de la Synagogue, comme une prophétie particulière, dont saint Pierre a fait l'application en sortant du cénacle, immédiatement après la descente du Saint-Esprit sur les Apôtres le jour de la Pentecôte. — *Super omnem carnem.* D'abord sur les Juifs appelés à la foi les premiers, et ensuite sur la multitude des Gentils substitués aux Juifs incrédules. — *Visiones videbunt.* Joël entend par là les dons surnaturels, qui ont paru dans l'Eglise après la descente du Saint-Esprit, et dont Ménochius cite des exemples.

23. *Doctorem justitiæ.* In hebr. est, *hammore* quæ vox, cum sit cum articulo, significat eximium et singularem doctorem, nempe Christum, qui nos cum potestate docebit, et leges feret; hoc enim totum significat *hammore*. — *Matutinum.* Mense octobri, cum fit sementis, estque temporaneus imber et primus. — *Serotinum.* Mense martio cadentem, ut fruges maturent. Intelligit gratiam prævenientem et cooperantem, et copiam doctrinæ et auxiliorum Dei. — *Sicut in principio.* Cum vestram salutem amantissime curabat. Vel quanta olim in veteri Testamento imbre illo matutino et serotino adumbrabatur.

24. *Implebuntur aræ frumento.* Intelligit copiam charismatum et virtutum datam aræis et agris, ac olivetis et vinetis, id est, Ecclesiis particularibus per Christum. — *Torcularia.* Torcularia in quibus exprimitur vinum et oleum sunt tum gymnasia, monasteria, collegia, aliaque asceteria; tum persecutiones et tribulationes quibus vinum sapientiæ et fortitudinis, ac oleum consolationis divinæ exprimitur et hauritur.

25. *Reddam vobis annos.* Omnia damna spiritualia, quæ antea vobis demones intulerant, ubertate donorum legis gratiæ compensabo. — *Fortitudo mea magna.* Appositive; quæ scilicet erucæ, locustæ, etc., sunt fortitudo mea magna, vel ut est in hebræo et chaldæo, *exercitus meus robustus.* Demones etiam sunt exercitus Dei, quia per ipsos punit malis pœnæ, quasi per satellites et carnifices; et permittit etiam nos vehementer tentationibus exerceri, ut virtus in nobis perficiatur.

26. *Comedetis.* Fruemini bonis illis.

27. *Et non est amplius.* LXX, et non est amplius præter me; non est alius Deus præter me. — *Non confundetur populus meus.* Nemo enim hæc bona ab illo auferet.

28. *Effundam spiritum meum.* In die Pentecostes, Act., 2; largissime enim descendit super omnis conditionis homines, sine exceptione sexus vel ætatis. — *Prophetabunt filii vestri.* Ut fecerunt Apostoli, B. Virgo, Luc., 1, 46; Zacharias, Anna et Elisabeth, Luc., cap. 1 et 2; Philippus, Act., 21, 8; Agabus, ibidem, n. 10; S. Joannes in Apocalypsi, et alii in primitiva Ecclesia. — *Senes vestri somnia somniabunt.* Senes et juvenes vestri somnia divinitus immissa et res futuras presignificantia somniabunt, et visiones divinitus objectas videbunt.

23. Et vous, enfants de Sion, soyez dans des transports d'allégresse; réjouissez-vous au Seigneur votre Dieu, parce qu'il vous a donné un maître qui vous enseignera la justice, et qu'il répandra sur vous, comme autrefois, les pluies de l'automne et du printemps.

24. Vos granges seront pleines de blé, et vos pressoirs regorgeront de vin et d'huile.

25. Je vous rendrai les fruits des années que vous ont fait perdre la sauterelle, le ver, la nielle et la chenille, et l'armée puissante que j'ai envoyée contre vous.

26. Vous vous nourrirez de tous ces biens, et vous en serez rassasiés; vous bénirez le nom du Seigneur votre Dieu, qui a fait pour vous tant de merveilles : et mon peuple ne tombera plus jamais dans la confusion.

27. Vous comprendrez alors que c'est moi qui suis au milieu d'Israël; que c'est moi qui suis le Seigneur votre Dieu, et qu'il n'y en a point d'autre que moi : et mon peuple ne tombera plus jamais dans la confusion.

28. Après cela je répandrai mon esprit sur toute chair : vos fils et vos filles prophétiseront, vos vieillards seront instruits par des songes, et vos jeunes gens auront des visions.

29. Je répandrai aussi alors mon esprit sur mes serviteurs et sur mes servantes.

30. Je ferai paraître des prodiges dans le ciel et sur la terre, du sang, du feu, et des tourbillons de fumée.

31. Le soleil sera changé en ténèbres, et la lune en sang, avant que le grand et terrible jour du Seigneur arrive.

32. Et alors quiconque invoquera le nom du Seigneur sera sauvé : car le salut se trouvera, comme le Seigneur l'a dit, sur la montagne de Sion, et dans Jérusalem, et dans les restes d'Israël, que le Seigneur aura appelés.

CHAPITRE III.

Jugement du Seigneur sur les ennemis de son peuple. Bonheur de Jérusalem.

1. Car en ces jours-là, et en ce temps-là, lorsque j'aurai fait revenir les captifs de Juda et de Jérusalem.

2. J'assemblerai tous les peuples, et je les amènerai dans la vallée de Josaphat, où j'entrerai en jugement avec eux, touchant Israël, mon peuple et mon héritage, qu'ils ont dispersé parmi les nations, et touchant ma terre qu'ils ont divisée entre eux.

30. *Et dabo prodigia in caelo.* Ménochius applique ces signes au jugement dernier, comme Pont fait beaucoup de commentateurs. On peut aussi voir une allusion, aux signes qui se produisirent dans le ciel et sur la terre, à la mort du Christ. Le soleil s'obscurcit, et la lune parut sanglante au milieu des ténèbres qui voilaient le déicide.

32. *Omnes qui invocaverit.* Après l'effusion de l'Esprit-Saint, le salut ne sera plus pour les seuls Juifs, mais pour tous ceux de quelque nation qu'ils soient, qui invoqueront le nom du Seigneur, avec une foi soutenue par l'espérance et animée par la charité; et qui n'attendront que de lui, et la justice et la récompense de la justice (Rom., X, 12, 13).

CAP. III. — 2. *In vallem Josaphat.* Cette vallée, que le Prophète appella lui-même la vallée de la mort, la *Vallée du carnage*, signifie littéralement la *Vallée du jugement*. D. Calmet prétend que cette vallée est la vallée de Jezraël, qui était à l'Orient du Carmel et qui s'étendait jusqu'au Jourdain. La plupart des commentateurs croient avec Ménochius qu'il s'agit de la vallée qui est près de Jérusalem, et qu'on appelle aussi *Vallée de Cédron*, *Vallée des montagnes* et *Vallée de Sioë*. On a beaucoup discuté sur cette vallée. Le Père Nau, cité par Châteaubriand, dit qu'il est raisonnable que l'honneur de Jésus-Christ soit réparé publique-

29. *Sed et super servos meos.* Non solum super filios vestros et semen Abraham, sed etiam super gentiles qui in me credent effundam hunc spiritum.

30. *Et dabo prodigia.* Loquitur de signis iudicii; quasi dicat: Cum misero Spiritum sanctum, jam non erit alta lex expectanda; sed illa que tunc predicabitur ab apostolis erit recipienda: nec post effusionem hanc Spiritus aliud restat quam aut legis illius admissio, aut ultio divini iudicii. Hoc idem ait D. Paulus ad Hebr., 10, 26: *Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quedam expectatio iudicii, etc.* — *Sanguinem.* Luna enim videbitur sanguinea, Isa., 24, 23; et mare etiam, Apoc., 8, 8. Multus etiam sanguis effundetur ab Antichristo. — *Ignem.* Fulgurum et fulminum, de caelo cadentium, et conflagrationis mundi.

31. *Sol convertetur in tenebras.* Hæc sunt prodigia de quibus Christus, Matth., 24, 29: *Sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de caelo;* et Luc., 21, 25: *Erunt signa in sole, et luna, et stellis.*

32. *Et erit: omnis.* Non alia est evasio terribilis hujus iudicii quam agnitio et invocatio nominis Christi, et subjectio legis ejus. — *Quia in monte Sion.* Nec potest esse salus nisi in monte Sion et Jerusalem, id est, in Ecclesia Christi, cujus typus fuit Jerusalem et Sion. — *Sicut dixit Dominus.* Tum mihi hic; tum Isaïæ, c. 4, 3, et c. 2, 3: tum aliis prophetis. — *Et in residuis.* Erit salvatio; quasi dicat: In die iudicii soli salvabuntur qui in Sion, id est, in Ecclesia, Deum invocaverint, sancteque coluerint item residui, id est, reliquæ Judæorum, quæ in fine mundi a Deo vocatæ et electæ Christi Ecclesie aggregabuntur.

CAP. III. — 1. *In diebus illis.* Tempore extremi iudicii. — *Cum convertero.* Cum Judæos sub diaboli potestate captivos convertero et ad Ecclesiam adduxero.

2. *Omnes gentes.* Universum genus humanum congregabo ad iudicium. — *In vallem Josaphat.* Quæ est inter Jerusalem et montem Oliveti, a septentrionali plaga in austrum porrecta, per quam torrens Cedron decurrit. Accepit autem vallis hæc nomen a Josaphat rege, quod eam ipse arcu triumphali ornari post victoriam de Ammonitis et Idumæis; vel quod illi mausoleum in ea fuerit erectum, addita pyramide, ut tradunt Beda et Saligniacus; licet enim

29. Sed et super servos meos et ancillas in diebus illis effundam spiritum meum.

30. Et dabo prodigia in caelo, et in terra, sanguinem, et ignem, et vaporem fumum.

31. *a Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem; antequam veniat dies Domini magnus, et horribilis.* [a *Supra.* 2. 16. *Matth.* 24. 9. *Luc.* 21. 25. *Act.* 2. 20.]

32. Et erit: *a omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit; quia in monte Sion, et in Jerusalem erit salvatio, sicut dicit Dominus, et in residuis quos Dominus vocaverit.* [a *Rom.* 10. 13.]

3. Et super populum meum miserunt sortem; et posuerunt puerum in prostibulo, et puellam vendiderunt pro vino ut biberent.

4. Verum quid mihi et vobis Tyrus et Sidon, et omnis terminus Palestinorum? Numquid ultionem vos reddetis mihi? et si ulciscimini vos contra me, cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum.

5. Argentum enim meum et aurum tulistis; et desiderabilia mea et pulcherrima intulistis in delubra vestra.

6. Et filios Juda, et filios Jerusalem vendidistis filiis Græcorum; ut longe faceretis eos de finibus suis.

7. Ecce ego suscitabo eos de loco, in quo vendidistis eos; et convertam retributionem vestram in caput vestrum.

8. Et vendam filios vestros, et filias vestras in manibus filiorum Juda, et venundabunt eos Sabæis genti longinquæ, quia Dominus locutus est.

9. Clamate hoc in gentibus, sanctificate bellum; suscite robustos; accedant, ascendant omnes viri bellatores.

3. Ils ont partagé mon peuple au sort, ils ont exposé les enfants dans des lieux de prostitution, et ils ont vendu les jeunes filles pour avoir du vin, et pour s'enivrer.

4. Mais qu'y avait-il entre vous et moi, Tyr et Sidon; et vous, terre des Philistins? est-ce que vous vouliez vous venger? mais si vous entreprenez de vous venger de moi, je ferai tout d'un coup retomber sur votre tête le mal que vous voulez me faire.

5. Car vous avez enlevé mon argent et mon or: et vous avez emporté dans vos temples ce que j'avais de plus précieux et de plus beau.

6. Vous avez vendu les enfants de Juda et de Jérusalem aux enfants des Grecs, pour les transporter bien loin de leur pays.

7. Mais je vais les retirer du lieu où vous les avez vendus; et je ferai retomber sur votre tête le mal que vous leur avez fait.

8. Je livrerai vos fils et vos filles entre les mains des enfants de Juda; et ils les vendront aux Sabéens, à un peuple très-éloigné: c'est le Seigneur qui l'a dit.

9. Publiez ceci parmi les peuples: qu'ils se liguent entre eux par les serments les plus saints, que leurs braves s'animent, que tout ce qu'il y a d'hommes de guerre marche, et se mette en campagne.

ment dans le lieu où il lui a été ravi par tant d'opprobres et d'ignominies, et qu'il juge justement les hommes où ils l'ont si injustement jugé. On a trouvé cette vallée trop étroite pour contenir le genre humain, et on a calculé l'espace qu'il faudrait pour contenir les hommes qui ont vécu depuis 6,000 ans. On a trouvé qu'il suffirait de 50 lieues carrées. Mais rien n'oblige à prendre ceci dans le sens propre, on peut l'entendre au figuré. — *Quos dispererunt.* Ceci regarde les Chaldéens et les Assyriens. — *Terram meam dividerunt.* Ce sont les Tyriens, les Sidoniens, les Philistins et les Iduméens, qui s'étaient partagé la Judée pendant la captivité.

8. *Venundabunt eos Sabæis.* Les Sabéens qui habitaient au fond de l'Arabie Heureuse, au midi de la Judée.

Josaphat sepultus fuerit in Sion, ut dicitur II. Paralip., 21, 1, tamen mausoleum illi erigi potuit in hac valle, in quod etiam fortasse translata sunt ejus ossa. * Theodotio vertit, et; τὴν χῶρον τῆς κηδείας, in locum iudicii. — *Disceptabo cum eis.* Dicam quid illæ contra me fecerint, et ipse vicissim pro se, si quid poterunt, respondebunt. — *Super populo meo.* Disceptabo cum infidelibus et impiis, qui populum meum Israel, id est, fideles Israelitas, non carne, sed spiritu, verosque Dei cultores affixerunt. Alludit ad captivitatem Babyloniam et excidium Judææ per Chaldæos, quod vastationis expilationum et ærumnarum fidelibus per hostes Ecclesie irrogatarum typus fuit. — *Quos dispererunt in nationibus.* Quos persecuti sunt et egerunt in exilium. — *Terram meam.* Terram populi mei, atque ideo meam, illo ejecto, inter se dividerunt.

3. *Miserunt sortem.* Sortito disperientes inter se tam ipsum quam ipsius bona. — Alludit ad sortem quam misit Aman super Judæos, ad eligendum mensem et diem quod Judæi trucidandi essent, Esther, c. 3, n. 7. * Mos etiam et captivos sorti subicere, ut etiam prædam. Hinc illud apud Virg., Æn., 9: *Excipiam, etc.* — *Posuerunt puerum in prostibulo.* — Ut quæstum ex prostituto ejus corpore facerent. — *Puellam vendiderunt pro vino.* Eam more lenonum turpis luci causa prostituentem. * idque villissimo pretio. Vel ut D. Hieronymus interpretatur, aliis eam vendentes, et libidini gulam præferentes.

4. *Verum quid mihi.* Quemadmodum ex multis sceleribus extremo illo die judicandis pauca tantum per modum exempli recensuit; ita ex multis gentibus judicandis producit pauca, et fama, et vicinia, et scelere apud Judæos insigniores. — *Quid mihi et vobis?* Formula hæc loquendi adversantis, indignantis, adjicientis, reprobantis et condemnantis est. — *Omnis terminus.* Omnis ditio. — *Numquid ultionem vos reddetis mihi?* Poteritis dicere vos ultionem sumere de me, id est, de electis meis, cum illos injuria afficitis! quasi dicat: Minime, nunquam enim vos læserunt. Vel sensus est; num irascimini mihi, et quia non potestis de me ultionem sumere, populum meum vexatis? Agite, sævite, cito penas dabit.

6. *Filiis Græcorum.* Gentilibus.

7. *Suscitabo eos.* Revocabo. — *Convertam retributionem.* Lege talionis vos puniam.

8. *Vendam filios vestros.* Licet hoc factum non legamus in scriptura, quia tamen hic prædicatur, revera accidisse dubitare non possumus. — *Sabæis.* Sabæi sunt Ethiopes, vel Arabes Arabie Felicis; duplex enim est Saba, altera in Æthiopia, altera in Arabia. Porro hæc venditio Sabæis facta significat scelestos demonibus in æternam captivitatem et cruciatum tradendos.

9. *Clamate hoc in gentibus.* Proclamate hæc voce præconis apud gentes. — *Sanctificate bellum.* Bellum indicite. Vide dicta c. 1, n. 14. — *Suscitate robustos.* Fortes, bellatores vestros excitare ut arma capiant.

10. Forgez des épées du couteur de vos charmes, et des lances du fer de vos hoyaux : que le faible dise : Je suis fort.

11. Peuples, venez tous en foule; accourez et assemblez-vous de toutes parts, c'est là que le Seigneur fera périr tous vos braves.

12. Que les peuples viennent se rendre à la vallée de Josaphat : j'y paraîtrai assis pour y juger tous les peuples qui y viendront de toutes parts.

13. Mettez la faucille dans le blé, parce qu'il est déjà mûr : venez et descendez, le pressoir est plein, les cuves regorgent, parce que leur malice est montée à son comble.

14. Accourez, peuples, accourez dans la vallée du Carnage, parce que le jour du Seigneur est proche : et il éclatera dans cette vallée.

15. Le soleil et la lune se couvriront de ténèbres, et les étoiles retireront leur lumière.

16. Le Seigneur rugira du haut de Sion, et sa voix retentira du milieu de Jérusalem : le ciel et la terre trembleront d'effroi, et le Seigneur sera l'espérance de son peuple et la force des enfants d'Israël.

17. Vous saurez que j'habite sur la montagne sainte de Jérusalem, moi qui suis le Seigneur votre Dieu : et Jérusalem sera sainte, sans que les étrangers passent désormais au milieu d'elle.

15. *Sol et luna.* Dans l'Evangile, Notre Seigneur nous apprend que les mêmes signes précéderont son dernier avènement (Matth., XXIV, 29).

16. *De Sion rugiet.* Sion était une montagne qui faisait partie de la ville de Jérusalem. C'était de là qu'on sonnait de la trompette pour convoquer le peuple à une cérémonie publique, et c'est ce qui nous explique ces expressions du Prophète.

10. *Concidite aratra vestra in gladios.* Vomeres in gladios convertite et conformate. * Hoc est quod dixit Virgil., I. Georg. :

Et curva rigidum falces constantur in ense.

— *Infirmus dicat.* Excusat infirmitatem, et animum erigat ad pugnam.

11. *Erumpite.* Hebr. et LXX, *congregamini.* Italice diceremus : *Uscite in campagna.* — *Et congregamini.* Ut contra me pugnetis. — *Occumbere faciet.* Victos sternet.

13. *Mittite falces.* Quia nimirum maturuit messis. Christus angelis præcipit ut in fine mundi congregent omnes homines malos in unum locum, quasi manipulos demessos in unum acervum. Hoc est quod habemus Apoc., c. 14, n. 15 : *Mitte falcem tuam, et mete, quia venit hora ut metatur, quoniam aruit messis terræ.* Huc etiam alludit Christus, Matth., 13, 39, cum ait : *Messis vero consummatio sæculi est. Messores autem angeli sunt, et mox n. 41 : Mittet Filius hominis angelos suos; et colligent de regno ejus omnia scandala, et eos qui faciunt iniquitatem : et mittent eos in caminum ignis.* — *Plenum est torcular.* Botris et uvis : in illud ergo vos, o angeli, descendite, ut hæcæ uvas prematis : Torcular, sive prælum uvis calcandis plenum, gehennam significat, ubi scelerati homines cruciatibus æternis prementur. — *Excubant torcularia.* Maximus enim est peccatorum puniendorum numerus.

14. *Populi, populi.* Plurimi populi. — *In valle concisionis.* Erunt in valle Josaphat ubi occidentur, id est, perdentur impii, juxta illud Psalm. 128, 4 : *Dominus justus concidet cervices peccatorum.*

15. *Sol et luna obtenebrati sunt.* Non agit hoc loco de signis diem judicii precedentibus : nam de his agit cap. 2, n. 30 : sed de ipso judicio ; significat autem diem illum tantæ calamitatis fore ut, hominibus ex illa consternatis, sol, luna et stellæ obscurari et deficere videantur. Mœstis enim et pavidis omnia videntur tristia, mœsta et atra. Similis phrasid est Isa., 13, 10 ; Amos, 8, 9, et alibi.

16. *Dominus de Sion rugiet.* Christus qui est leo de tribu Juda, Apoc., 5, 5, terribilem in impios sententiam pronuntiabit. — *De Jerusalem.* Ex loco aeris, cui respondet vallis Josaphat, quæ est juxta Jerusalem, ut supra dictum est. — *Movebuntur cœli et terra.* Terrore vocis illius tremende, ut explicat D. Hieronymus, significat hyperbolice omnem rerum naturam quodammodo tunc trepidaturam esse. Vel *cœli*, id est, cœlestes angeli obstupescent tam insolita videntes ; et *terra*, id est, homines in terris agentes eadem de causa trepidabunt. — *Et Dominus spes populi sui.* Cum omnes tremunt, justi in Christo Deo suo sperantes lætabuntur, et fortitudine atque fiducia Christus eos replebit.

17. *Et scietis.* Scilicet electi ; quasi dicat : Tunc aperte videbitis. — *Habitans in Sion.* In ecclesia, que tunc erit triumphans ; hic enim est militans. — *Jerusalem.* Cœlestis. — *Sancta.* Omnino non habens maculam neque rugam. — *Alieni.* Improbi, nam, ut dicitur Apoc., 22, 15 ; *Foris canes.*

10. Concidite aratra vestra in gladios, et ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat : Quia fortis ego sum.

11. Erumpite, et venite omnes gentes de circuitu, et congregamini ; ibi occumbere faciet Dominus robustos tuos.

12. Consurgant, et ascendant gentes in vallem Josaphat ; quia ibi sedebit ut judicem omnes gentes in circuitu.

13. *a* Mittite falces, quoniam maturavit messis ; venite, et descendite, quia plenum est torcular, exuberant torcularia ; quia multiplicata est malitia eorum. [a Apoc. 14. 15.]

14. Populi, populi in valle Concisionis ; quia juxta est dies Domini in valle Concisionis.

15. *a* Sol et luna obtenebrati sunt, et stellæ retraxerunt splendorem suum. [a Supra. 2. 10. 31.]

16. *a* Et Dominus de Sion rugiet, et de Jerusalem dabit vocem suam ; et movebuntur cœli, et terra ; et Dominus spes populi sui, et fortitudo filiorum Israel. [a Jer. 25. 30. Amos. 1. 2.]

17. Et scietis quia ego Dominus Deus vester, habitans in Sion monte sancto meo ; et erit Jerusalem sancta, et alieni non transibunt per eam amplius.

18. *a* Et erit in die illa, stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lacte ; et per omnes rivos Juda ibunt aquæ ; et fons de domo Domini egredietur, et irrigabit torrentem spinarum. [a Amos. 9. 13.]

19. *Ægyptus* in desolationem erit, et Idumæa in desertum perditionis ; pro eo quod inique egerint in filios Juda, et effuderint sanguinem innocentem in terra sua.

20. Et Judæa in æternum habitabitur, et Jerusalem in generationem et generationem.

21. Et mundabo sanguinem eorum, quem non mundaveram ; et Dominus commorabitur in Sion.

18. En ce jour-là la douceur du miel dégouttera des montagnes ; le lait coulera des collines, et les eaux vives se répandront dans tous les ruisseaux de Juda : il sortira de la maison du Seigneur une fontaine qui remplira le torrent.

19. L'Égypte sera désolée, et l'Idumée deviendra un désert affreux, parce qu'ils ont opprimé injustement les enfants de Juda, et qu'ils ont répandu dans leur pays le sang innocent.

20. Au contraire, la Judée sera habitée éternellement : Jérusalem subsistera dans tous les siècles.

21. Et je purifierai alors leur sang, que je n'aurai point purifié auparavant, et le Seigneur habitera dans Sion.

18. *Torrentem spinarum.* D'après l'Hébreu : la vallée de *Settim* c'est-à-dire des Epines. Cette vallée dans laquelle campèrent les Israélites avant d'entrer dans le pays de Chanaan, est à l'Est du Jourdain, vis-à-vis de Jéricho ; elle est encore aujourd'hui, dit M^r Mislin, pleine d'acacias. Des commentateurs ont vu là une expression mystérieuse, qui peut représenter la gentilité au milieu de laquelle se sont répandues les eaux salutaires de la grâce, depuis l'établissement de l'Eglise, et sur laquelle elles se répandront avec une nouvelle abondance, lorsque l'Evangile sera annoncé dans toutes les nations de la terre à la fin des siècles, avant le jour du jugement.

19. *Ægyptus in desolationem erit.* L'Égypte fut désolée par Cambyse, par Artaxerxès-Ochus, et par Antiochus-Epiphanes, et tomba ensuite sous le joug des Romains. L'Idumée fut ravagée principalement du temps des Machabées (I. Mach., V, 65, et II. Mach., X, 16 et seq.)

20. *Judæa in æternum habitabitur.* Il est bien évident qu'il faut prendre ces paroles dans le sens spirituel et les entendre du Christ, le roi de Juda et de Jérusalem, qui est adoré sur tous les rivages, et béni dans tous les siècles. Car, qu'est devenu l'empire de Juda ? qu'est devenu le règne de Jérusalem, si l'on s'en tient au sens matériel et littéral de la Synagogue ?

18. *Et erit in die illa : stillabunt.* Tunc vero implebitur promissum illud celebre de terra lacte et melle manante ; vita enim erit jucundissima. — *Juda.* Terræ viventium et beatorum. *Ibunt.* Perpetuo. — *Aquæ.* Gratiarum et deliciarum cœlestium. — *Et fons de domo Domini.* De throno Dei. Fons hic, sive, ut S. Joannes, Apoc., 22, 1, vocat, fluvius procedens de sede Dei et agni est profluvium bonorum quod Deus effundit in beatos per sui visionem et fruitionem beatificam. — *Torrentem spinarum.* Hebr. et Chald., *vallem Settim* : locus erat in Moab trans mare Mortuum, in quo arborum settim magnus proventus. Quia vero ligna settim, ut sæpe dicitur in sacris Litteris, imputribilia sunt, apte beatos morti non amplius obnoxios significant, et *torrens spinarum*, sive *vallis Settim*, locum in quo beati fœlix ævum agunt.

19. *Ægyptus.* Per *Ægyptum* damnati intelliguntur, ut etiam per *Idumæam*. — *In filios Juda.* Filios Ecclesiæ. — *Sanguinem innocentem.* Sanctorum martyrum.

20. *Judæa.* Cœlestis, que est in patria Sanctorum laudantium Deum. Itaque Isaias ait 26, 1 : *In die illa cantabitur canticum istud in terra Juda.* — *Jerusalem.* Cœlestis.

21. *Et mundabo sanguinem.* Ulciscar sanguinem fidelium meorum injuste ab *Ægyptiis* aliisque impiis effusum, quem antea non sum ultus. LXX habent, *requiram sanguinem* : Syrus, *ulciscar* — *Commorabitur.* Glorioso cum suis fidelibus regnabit perpetuo in Sion cœlesti.

